

SCRIPTA

Numéro Scripta : 186

Auteur(s) : Yves III de Bellême, Sées (évêque)

Bénéficiaire(s) : Le Mans, Saint-Vincent (abbaye)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : [1040-1065]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Yves, évêque de Sées, confirme à l'abbé de Saint-Vincent du Mans, l'église de Courgains achetée à Guillaume vicarius, fils de Béraud de Bellême.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Charles Robert (Abbé), Menjot d'Elbenne Samuel, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Vincent du Mans (Ordre de Saint-Benoît)*, premier cartulaire : 572-1188, Mamers, Fleury (Société historique et archéologique du Maine), 1886-1913, n° 545, col. 313-314.

Dissertation critique

Datation proposée par R. Charles et S. Menjot d'Elbenne.

Texte établi d'après a

DE ANNUITIONE ECCLESIE CURIE LABORIS, GALLICE COURGAIN.

Ivo, gratia Dei episcopus Sagiensis, Avesgaudo, abbati SS. martirum Vincentii et Laurentii Cenomannis monasterii extra murum constructi, annuit ecclesiam de Curia Laboris, cum terra altaris illius ecclesie, quam emit VII nummorum cum oracionibus suis de Willelmo vicario, filio Beraldi de Belismo, pro se suisque omnibus annuente comite Gaufrido Andegavensi, et Gaufrido, fratre vicecomitis Cenomannensi[s]. Hec cartula sancita est a supradicto pontifice v° kal. junii, in sancta sinodo Sagiensi, testibus archidiaconis, Bauduino videlicet, filio Etvaldi, et Rogerio Mauritanienisi, et Lamberto de Belismo, et Hermerio, et Fulcoio, atque omnibus canonicis Sancti Gervasii, et Willelmo Argentensi, qui hec scripsit, imperante domno pontifice. Quod si aliquis in jure suo, vel vi, vel precio, vel nefaria cupidine, quod absit, quod jure acceptum est a Sancto Vincentio et Laurentio arripuerit aut calumpniatus fuerit, incurrat sententiam dampnationis, confirmante supradicto pontifice, Sanctoque Gervasio atque Prothasio, sanctisque omnibus quorum memoria in terris agitur. Et hoc concessum est a fratre episcopi, Willelmo, et Oliverio, et Warino, et Radulfo, episcopi nepotibus, et a militibus episcopi, Berlaio, et Radulfo, fratre suo, ac omni familia sua.

Hujus conventionis fuerunt testes et auctores : Odo de Clincampo, Wido de La Gailla, annuentibus uxore ac filiis Willelmi, qui hec peregit. Hii sunt testes quorum nomina cum signis subnotata sunt : Signum Ursolini ; S. Hugonis de Roceo ; S. Normanni, filii Radulfi ; S. Saginfredi de Biart, S. Lamberti canonici ; S. Hervei de Braviart ; S. Willelmi Musconi ; S. Giroii Fortini ; S. Herveii, S. Gradulfi, S. Wauterii Rufi, S. Beraldi de Malchenaldo, S. Lancelini ; S. Gunherii ; S. Haimonis ; S. Fulcoii Crapuni ; S. Bernardi viatoris ; Signum Berlai ; S. Wauterii, filii Rainerii ; S. Hervei Longi ; Signum Wauterii de Monte ; S. Lamberti ; S. Willelmi Gastinelli, et omnium

canonicorum Sancti Leonardi ; S. Hugonis, filii Gaufridi ; S. Alberici ; S. Umberti, S. Ulgerii ; S. Willelmi. Hii sunt ex hominibus Gaufridi comitis : S. Normanni viatoris regis ; S. Hamelini, fratris Willelmi vicarii ; S. Gaufridi, filii Willelmi viatoris ; Haoilla, mater ejus, cui ista ecclesia fuit donata in dote quam suus senior vendidit Sancto Vincentio et Avesgaudo abbati, et propter istam ecclesiam recepit Haoilla ecclesiam de Capella in iscamium, videntibus et audientibus cunctis istis supradictis hominibus.